addam, id eſt INIMICOS, quos e pari ratione a *teſtimonio* arcendos eſſe Iudaei ſtatuebant, pauca de PROPINQVIS et AMICIS, quamnam ob cauſam hi uiri contra reum in cauſa maxime capitali TESTES

eſſe

הסופר עוברים משום לא תתן ומשום בל תקח ממנו ומשום לא תהיה לו כנושה ומשום ולא תשימון עליו נשך ומשום ולפני עור לא תתן מכשול ויראת מאלהיך אני ה׳ *Et hi ſunt, qui transgrediuntur id, de quo dicitur, non facies, mutuum dans et mutuum accipiens, fideiuſſor, ſiue ſponſor, et teſtes. Sapientes hoc etiam de ſcriba confirmant; transgrediuntur autem id hanc ob cauſam, quod poſitum eſt, non dabis, Leu. XXV, 37. deinde non accipies ab eo, non eris illi ut mutuum dans, non imponetis illi foenus, Exod. XXII, 24. denique tandem non pones coeco offendiculum, et uereberis dominum tuum, ego ſum Iehoua, Leuit. XIX, 14.* Tertio loco arcebantur a teſtimonio perhibendo מפריחי יונים *columbas euolare docentes,* i. e. tales homines, qui columbas capiebant, et hoc furto clam commiſſo ſe ditiores reddebant, uti hoc R. MOSES BEN MAIMON eodem loco expoſuit: מפריחי יונים הם לוקחין ממון שאינו שלהם לפי שהם מושכין הזכרים בנקבות ונקבות בזכרים *columbas euolare docentes ſunt tales, qui pecuniam accipiunt, quod non illis eſt, quia mares auxilio foemellarum, foemellas uero ope marium alliciunt.* Quarto loco in iudicio nullum teſtimonium ferre debebant ſecundum leges ſuas סוחרי שביעית *uenditores anni ſeptimi,* id eſt, fructuum anni ſeptimi; hi enim עושין סחורא בפירות שביעית התורה אמרה והיתה שבת הארץ לכם לאכלה ולא לסחורה *cum fructibus anni ſeptimi mercaturam agunt, dum huius anni fruges uendunt, cum tamen lex dicit: et erit quies terrae uobis ad comedendum non ad uendendum. Leu. XXV, 6.* His tandem ultimo loco aſſociantur אוספי שביעית *collectores uel coactores frugum anni ſeptimi,* quos exinde ad teſtandum illegitimos eſſe putant, quia tributum regibus ſoluendum a populo multis cum comminationibus adhibitaque iniuria colligebant: בתחלה היו קוראים אותם אוספי שביעית כלומר אוספי פירות שביעית לעצמן היו פסולים לעדות כמו סוחרי

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn327144963/54 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG